

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1121

**Auteur(s) :** Innocent IV [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Guillaume V de Sainte-Mère-Église, Avranches (évêque)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1244, 13 juin

**Lieu d'émission :** Civita Castellana

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Innocent IV fait part à l'évêque d'Avranches des plaintes du doyen et du chapitre de Bayeux au sujet des injustices commises contre leurs biens.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCXXXI, t. 2, p. 52-53.

## Dissertation critique

Datation d'après V. Bourrienne (voir BOURRIENNE, *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis*, t. 2, p. 365).

Texte établi d'après a

Innocentius, episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Abrincensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quia nonnulli sic in malicia dilectantur ut voluntatis libito, abstinentiæ ruptis habenis, ad illicita relaxato, ecclesiis et personis ecclesiasticis super bonis suis, Dei timore postposito, multipliciter injuriari præsumant, consuevit Apostolica Sedes ecclesiis et personis ipsis, contra pravitatem talium, defensionis remedio subvenire per quod eorum bona tuta permaneant, injuriatorum ipsorum compescatur temeritas, et aliis aditus committendi similia præcludatur. Cum itaque dilecti filii decanus et capitulum Baiocense a nonnullis, qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant, interdum injurias multiples paciantur, et nimis difficile sit et grave super injuriis hujusmodi, quociens eis ab aliquibus inferuntur, ad Apostolicam Sedem habere recursum, nobis humiliter supplicarunt ut provide in hac parte sibi de benignitate solita curaremus. Quia igitur eosdem decanum et capitulum sic intendimus prosequi prærogativa favoris et gratiæ specialis quod illatas eisdem offensas nolumus sicuti nec debemus aliquatenus sustinere quibus, potius ob probitatem eorum, in hiis, quæ ipsorum respiciunt commodum et honorem, adesse volumus et prodesse, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus quatinus eisdem defensionis præsidio assistens favorabiliter non permittas ipsos in personis vel rebus, contra indulta privilegiorum Apostolicæ Sedis, ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, præsentibus post quinquennium minime valituris. Datum apud Civitatem Castellanam, idibus junii, pontificatus nostri anno primo.